



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti**

**Stengel, Carl**

**[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV**

XV. Ianvarii. S. Mavrvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38356**

**S**. MAURVS patriâ Romanus, ex clarissimo Senatorum genere ortus, patre Æquitio, matre verò Iuliâ, cùm adhuc puer duodecim esset annorum, Deo & sancto Benedicto oblatu. breui tantùm diuina gratiâ profecit, vt ipsi Magistro admirationi esset: qui illum sãpè, veluti regularis obseruantia, & virtutum omnium specimen, ceteris discipulis ad imitandum proponebat. Cuius adhuc adolescentis, illud admirabilis obedientia exemplum à Sancto Gregorio Papâ commemoratur. Nam cùm Placidus monachus in lacum prolapsus, aquarum impetu raperetur, sancti patris iussu accurrens Maurus, & super aquas incedens, socium capillis apprehensum ad terram attraxit. Continentia tantâ fuit, vt per Quadragesimam bis tantum in hebdomadâ, & quidem parcissimè cibum sumeret. Somnum stando, vel cum nimia eum lassitudo compulisset, sedendo, super aggestum calcis & sabuli strato cilicio, capiebat. Missus in Galliam ab eodem sancto Benedicto, celebri Monasterio extructo, cui annos quadraginta prae fuit, monasticam disciplinam mirificè propagauit.

Deniq; sanctitate & innumeris claris miraculis, migravit in cælum, cum in religione annos LXII. vixisset, & in Gallia XLI. essetq; ætatis annorum, LXXIV anno Christi DLXXXIII. XVIII. Kal. Febr. Sepultus primùm in Monasterio Glanofoliensi, quod ipse Andegauis construxerat. Nunc verò pars corporis, eaq; maxima Parisiis, pars altera Secusij intra Pedemontias alpes, digno honore condita sunt. *Ex vita ap. Sur.*

S. MAV-

-11 V3





Mauri ali quid in  
 verbum amari.  
 le fieri ac in  
 dicitur: mox  
 remanere in  
 h. ueliam in d.  
 et d. S. Mauri  
 c. et sua legule.

S. MAVRVS ABBAS

Rome patre Eusebio Senatore viro illustri vobis S. Benedicto quodam obla-  
 tus tanta fuit obedientia vt ad regendum e lacu puorum Placidum in ius.  
 sito quodam aduersus super aqua cucurrit Misus in Gallias Monasti-  
 cum Ordinem mirifice propagans Deniq. sanctitate & miraculis clarus  
 septuagenario aetate migravit in caelum XV. Ianuarij A. D. LXXXIV.

Imaging  
 25. 10. 10.  
 S. Bened  
 III  
 5

S. BONI

B 3

XV. IA-